



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

III. Impedimenta zelum retardantia & pericula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

III. Impedimenta zelum retardantia
& pericula.

I. *Impedimentum zeli animarum est nimis quietis, solitudinis & orationis amor. Hunc desiderio & amore salutis aliena tempera: cogitat tibi, ut Petro, à Domino dici: Petre amas me? pasce oves meas.*

II. *Impedimentum est horror difficultatis & laboris: excita te gustu divino & spe pramii: Vnusquisque enim mercedem accipiet secundum suum laborem.*

III. *Impedimentum diffidentia de gratia vocationis divinae & nimis ad vires proprias respectus: Dicat Sacerdos cum Apostolo: Deus operatur velle & perficere: omnia possum in eo, qui me confortat.*

IV. *Impedimentum metus morbi, alteriusve periculi corporalis aut spiritualis. Expendat dictum Christi: Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis: & vita quae propter charitatem periculo exponitur, per charitatem melius conservatur: novit Deus te protegere in periculis, ut Abraham in Chaldaea, Lothum in Sodomam, &c.*

V. *Impedimentum, laboris sterilitas.*

Seh

Sed excita te meditatione huius: Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum suorum: reddet autem, non secundum proventum, sed secundum laborem uniuscujusque. Planta, inquit S. Bernar. ad Eugen. rige, fer curam, & tuas explevisti partes: sane incrementum, ubi voluerit dabit Deus; ubi forte noluerit, tibi deperibit nihil.

Pericula quoque cavenda duo. Primum, ne zelus in amorem sensualem & vitium gula desectat, & vana ex esculentis & poculentis recreatiuncule querantur, quod vile nimis & abjectum est. Alterum ne affectus initio spiritualis paulatim degeneret in carnalem. Sape videtur esse charitas, & est magis carnalitas, ait Thomas de Kempis l. 1. c. 15. Hoc periculum graphicè depingit B. Angela de Fulginio, in vita c. 16. Quomodo paulatim amor evadat sensualis crescat, obnubilet, excacet, ad parva inducat, ac deinde in majora peccata precipitet.

IV. Motiva zelum excitantia.

I. **EXCITA** nonnunquam in re stacessentem zelum consideratione moti voris aeternorum, quorum primum est, gloria maxima Dei, & gaudium quod in conver-